

Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE CLASSICO / SCIENTIFICO

UNO SCIOPERO DI FLAUTISTI

Tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus erant in aede Iovis edere, aegre ferentes, Tibur uno agmine Roma abierunt, adeo ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis praecineret¹. Eius rei religio tenuit senatum, legatosque Tibur miserunt, qui darent² operam ut ii homines Romanis restituerentur.

Tiburtini, cum benigne promisissent, primum accitos eos in curiam monuerunt ut Romam redirent. Postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos temptant. Die festo eos ad epulas invitant et vino, cuius avidum ferme id genus est, oneratos sopiunt, atque ita in plaustra somno captos coniciunt ac Romam vinctos deportant. Nec senserunt priusquam, plaustris in foro relictis, plenos crapulae eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus est, impetratoque ut manerent, datum est ut triduum quotannis ornati cum cantu atque hac, quae nunc sollemnis est, licentia per urbem ambularent, decretumque est ut, qui sacris praecinerent³, in Iovis aede edere possent.

(da Livio)

Quesiti:

1. analizza il valore degli “*ut*” presenti nel testo.
2. evidenzia il valore del participio “*ferentes*” e del participio “*impetrato*”.
3. coniuga il congiuntivo presente e l’indicativo futuro del verbo “*fero*” e l’indicativo imperfetto del verbo “*possum*”.
4. “*plaustris in foro relictis*”: rendi la medesima espressione col “*cum*” narrativo causale.
5. individua i complementi di luogo presenti nel testo.

¹ Traduci il verbo letteralmente rispettando modo e tempo.

² Traduci il verbo letteralmente rispettando modo e tempo.

³ Traduci il verbo letteralmente rispettando modo e tempo.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE LINGUISTICO / SCIENZE UMANE

ESEMPLARE FEDELTA’ DEGLI SCHIAVI DI PLAUZIO PLANCO

Romani saepe magnam suorum servorum fidem laudabant. Inter cetera exempla servorum fidei hoc narratur. Plautius Plancus, homo nobilis sed improbus, quod a suis civibus fenerationis accusatus atque damnatus erat, in longinquum Italiae oppidum in exilium abiit, ne ab iratis adversariis caperetur. Tum Romanus iudex milites per totam Italiam misit ut eum investigarent. Plautii domus denique inventa est, sed non dominus. Milites eius servos interrogaverunt, tamen illi false responderunt. Sic servi baculorum ictibus baculorum verberati sunt ut verum dicerent, se domini refugium non patefecerunt. Immo omnes in fide manebant et militibus dicebant: «Verberate, necate nos! Dominum nostrum nos numquam prodemus!». Plautius tum, postquam haec verba audiverat, tanta fide commotus est ut ex suo refugio processerit et a militibus captus sit.

(da Valerio Massimo)

Quesiti:

1. “*accusatus erat*”: trasformalo al congiuntivo nello stesso tempo sia nella forma attiva che passiva.
2. “*prodemus*”: coniugalo al congiuntivo presente attivo e al congiuntivo perfetto passivo.
3. a quale declinazione appartiene il termine “*domus*”? Esprimi con tale sostantivo il complemento di stato in luogo e di moto a luogo.
4. “*haec*”: indica cos’è grammaticalmente e declinalo al singolare.
6. considera tutti gli “*ut/ne*” presenti nel testo e specificane la funzione sintattica.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL TRIENNIO

L’UOMO E LA NATURA

Quam vero aptas quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos apta manus est admotione digitorum. Atque haec oblectationis, illa necessitatis, cultus dico agrorum extructionesque tectorum, tegumenta corporum omnemque fabricam aeris et ferri; ex quo intellegitur ad inventa animo, percepta sensibus adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos, ut tecti ut vestiti esse possemus, urbes domicilia delubra haberemus.

Iam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas et copia invenitur. Nam et agri multa efferunt manu quaesita et praeterea vescimur bestiis et terrenis et aquatilibus et volatilibus partim capiendo, partim alendo. Nos e terrae cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam, nos aeris argenti auri venas penitus abditas invenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras. Arborum autem confectione omnique materia et culta et silvestri partim ad calcifiendum corpus, igni adhibito, et ad mitigandum cibum utimur, partim ad aedificandum, ut tectis saepti frigora caloresque pellamus; magnos vero usus adfert ad navigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes undique ad vitam copiae; quasque res violentissimas natura genuit, earum moderationem nos soli habemus, maris atque ventorum, propter nauticarum rerum scientiam, plurimisque maritimis rebus fruimur atque utimur. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus: nos campis nos montibus fruimur, nostri sunt amnes, nostri lacus, nos fruges serimus nos arbores; nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus, nos flumina arcemus derigimus avertimus; nostris denique manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur.

(Cicerone)

Commento in lingua italiana (max. 20 rr.): il candidato rifletta sul rapporto uomo-natura proposto nel testo ed ancora di grande attualità.